

Wk. 520, 33.

B. m. II 453.

BERNHARDI GVILLI
ELMI NUSSLERI
SILESI

PRINCEPS
LITERATVS

AD

JLLVSTRIS.^{um} DVCEM
LIGNIC.

Alcinous in introductione in Philo-
phiam Platon. cap. 33.
de Platone.

Principes vult esse Philosophos, & primum
contemplari bonum. Hoc enim modo duntaxat
ipsos recte administratos esse omnia; quippe
nunquam à malis liberari humanum genus posse,
nisi aut Philosophi regnant, aut qui regnant di-
vinâ quadam sorte philosophentur.


-I. N.
sue

Francfurti Marchionum.

Typis

NICOLAI VOLTZII EXSCRIPTUS
Anno 1616.

K. 520.



Q. D. B. V.
ILLUSTR.^{mo} ET CELSIS^{mo}
PRINCIPI AC DO-
MINO

Dn. GEORGIO.
RVDOLPHO
DUCI SILESIAE
LIGNICENSI ET
BREGENSI,
DOMINO MEO CLE-
MENTIS^{mo}

HUNC PRINCIPEM
LITERATUM

O. D. C.

BERNHARDUS GV
ELMUS Nussl. is
Silesius,

ERSARUM HOC
erat institutum
PRINCEPS IL-
LUSTR. me ne cui
ad Regem suum si-
ne munere pateres
aditus: quemad-
modum nefas est
ad altare accede-
re sine donario. Sapientissimi enim homi-
nes gravissimo suo iudicio aequum esse cense-
bant; eum, qui augustam divine maiestatis
vicem in hoc terrarum orbe obtinet; divino
quoq; ritu & honore colendum esse. Ita q;
& ego CELSITUD. em T. affatus studio id mihi maximo habui, ne sine munere
apparerem. Nullum verò in omni meo cen-
su aut majus mihi visum fuit aut melius, &
quod illi plus conveniret; quam si PRIN-
CIPEM hunc LITERATUM primum
studiorum & etatis meæ adolescentis fru-
etum ad tuum DUX CLEMENTIS. me
pulvinar deponerem. Tu enim pro divina
mentis tua intelligentia sentiens literas o-
mnis esse fundamenta imperij & virtutum
magistras, ad sublime eruditionis & huma-
nitatis

A 3


nitis fastigium statim à teneris summo stu-
dio Tibi entendum putas. Ob id ipsum il-
lustre hoc Marchionum Athenaeum amplif-
simâ laude adhuc Te ornat: quippe, quem
in luce doctissimorum Hominum rectâ & re-
giâ viâ tam alacriter grassare vidit ad

Edita doctrinâ Sapientum templa serena
ut anceps palma pulcherrima conspirationis
nascetur: illustriorne lux avito splendori
tuo à literis, num verò literis a splendore
tanto affulgeret. Cape igitur hoc levidense
munus PRINCEPS inter innumeras vir-
tutes LITERATISS. e nec tenuitatem ejus
specta, sed potentissimâ Domus tuæ cultorem
animum: quem hic ad devotæ fidei aram
obligatum CELSIT. ni T. trado. Faxit An-
tiquus ille dierum, ut cum ILLVST. ma CON-
IUGE TVA mortalium catibus diutissime
intersis, & serò tandem tam illustre deposi-
tum natale cælum reposcat. Hæc ego ex ani-
mi mei mente voveo, hæc Tu

Da Pater omnipotens atq; isthæc omnia
firma!

Francofurti ad Oderam. Kal. Decemb. A.º
CO Iɔ Cxvi,

DN. BERN.



DN. BERNHARD O-GVILIEL.
MO NÜSLERO
PRINCIP EM LITE-
RATUM

Principi literatissimo, & literarum
ac literatorum Patrono Opt. Max.
dedicanti.

In Sophia & studijs quos primis feceris annis.
Progressus, satis hæc scriptio amæna
docet.

In Themidos spaciis sicut procedere cerno:
Ut fore præclarum sperem aliquando
virum.

Perge caput varias NUSLERE efferre per-
artes

In reliquum: Lygio perge placere Duci.
Huic sua quisq; cupid studia optimus esse
probata.

Magnum etenim est tanto posse place-
re Duci.

M. Christoph. Neander.
Philosophiæ' moralis Pro-
fessor P. scribb.

Suo


Couleur



Suo & Musarum succrescenti Amori
cum Principem Literatum
ederet

MARTINUS OPITIUS SIL.

VIR quem Fatorum favor, & vis horrida Divum,
Iusserunt mundo ponere jura suo,
Milius nullo deperdit tempore tempus,
Quod patriæ rebus substrahit atque sibi,
Quam quod jucundo chartarum donat ameri &
Nil hac jactura carius esse potest.
Hoc non degeneri decurris fluminis ausu
Eloquij, pubis victor ephebē tuæ.
Lancea ceutorquenda, globusq; in vulnera nosse,
Et cæsim & punctim cernere, nomen habet,
Dedecori non est facili insiliisse caballum
Corpore, & insipidas fallere rete feras.
Metiri castra, aucupiuj; pilaq; moveri,
Næ mihi mos verè regius esse potest.
Sed tamen hic altius generosi pectoris ardor,
Aut morbo, aut (tanti est vivere) morte cadit.
Longe aliter Princeps tuus, ô Nüslere, quiescit,
Qui quam regno adimit ingenio addit opem.
Hæc tanto reliquas discrimine prævalet artes,
Quam celso populum rex præit ore suum.
Vos pila, castra, enses, ales, rete, hasta, caballe,
Este : homines istæc ars capit, illa Deos.



Contem-



Ontemplanti mihi ac pen-
tiūs consideranti benignissimi
Conditoris dona, quibus hoc se-
culum beare voluit, nullum vide-
tur eorum esse, quod Hominis præstantiæ
magis conveniat, & utilitate suâ, addo
etiam jucunditate vitæ ipsius plus inservi-
at, ac illa politioris literaturæ & doctrinæ
cognitio. Hæc enim est, quæ divinorem
nostrî partem non tantùm humo erigit;
sed sensim etiam ad sublimiora, & ultimam
originem nempe D E U M perducit. Fa-
cit præterea, ut Homo, & quæ recta sunt,
& quæ secus, dignoscat: & utilem Reipu-
blicæ atque adeò communi omnium so-
cietati operam navare possit. Intellexit
hoc, si quisquam alias Sapientissimus So-
crates, & qui primus aureum illud γνῶθι
σεαυτὸν è cœlo deduxit. Interrogatus enim
à quopiam: Quodnam esset pulcherri-
mum animal? Verissimè respondit: Ho-
mo doctrinâ ornatus. Neque enim Leo-
nem jubarum ille color, neque Pavonem
lucidissimæ & tot stellis vermiculatæ pen-
næ tantum commendant: quantum in-
ternus ille dæcor & purissimus mentis cul-

Antonius
in Melisse
part. I.
serin. 50.

tus hominem exornare solet. Non equidē
me fugit, multos excellenti animo ac vir-
tute fuisse, & sine doctrina naturæ ipsius
habitu propè divino, per seipso & mode-
ratos & graves extitisse: idem tamen cum

Pro Archia. M. Tullio contendō: cum ad naturam exi-
miam atque illustrem accesserit ratio quæ-
dam confirmatioq; doctrinæ, tūm illud ne-
scio quid præclarum ac singulare solere ex-

**Demosthe-
nes.** istere. Suffragatur sententia huic Græco-
rum disertissimus, qui iisdem penè verbis
hunc in modum differit: Omnis natura
præclarior & illustrior fit, si ratio quædam
confirmatioque doctrinæ accesserit: lon-
gè verò maxima ijs, quibuscunque initio
meliorem paullò, quàm alijs sortiri conti-
git: illis enim sese tantum vincere: his ve-
rò alijs etiam præstare accidit. Sed fruges
mihi contemplamini, si qui assensum ve-
strum sustinetis. Videbitis profectò, non
unicā soli bonitate eas gigni: sed etiam
cœli Solisque fotum & temperiem concur-
rere, quibus eliciuntur illæ atque sensim
educuntur. An dissimilis ingeniorum ra-
tio? eorum in primis quibus

**Horat. in
epist.**

De meliore luto finxit præcordia Titan.

Illa n. non tantùm à naturæ velut solo alé-
da sunt; sed multò magis literarum admi-
niculo & hoc Musæo Phœbo foveri, ac in-
spem

spem uberrimæ messis attolli debent. Cum
verò omnes homines, ijs artibus, quibus ad
humanitatem informamur, erudiri decet:
tùm in primis necessitas non postulat, sed
flagitat, ut illi, qui Rempublicam gerunt,
& quos D E U S populo cum imperio præ-
esse voluit liberalissimis scientijs summo
studio summâque curâ imbuantur. Sic e-
nim existimo, & ut opinor, non erro erro-
rem; illos, qui augustum Principis nomen
tueri volunt, tùm demum paria facere cum
officij, quod sustinent, excellentia: cum
omni ope nituntur; ut quantum reliquis
externâ dignitate præstant, tantum etiam
internâ animorum culturâ illos antecel-
lant. Quod si cui insolens hoc, & à Prin-
cipis splendore alienum videtur: faveat
is mihi tantisper, donec illustri argumen-
torum vi & efficaciâ evicerim; eruditio-
nem non modò segregandam à Principe,
cum sit honesta; sed etiam propter insi-
gnem utilitatem & liberalem pariter oble-
ctationem necessariò affiscendam esse.

Atque ut ex hoc studio elabatur dis-
sertationis nostræ cursus: nemo eorum,
qui C H R I S T O nomina sua dederunt, tam
ab omni non modò pietate, sed etiam si-
mulatione pietatis erit relictus, qui non
honori sibi ducat, & officio suo quam ma-

uidē
c vir-
osius
ode-
cum
exi-
quæ-
d ne-
e ex-
co-
erbis
ura
dam
lon-
nitio
nti-
s ve-
iges
ve-
on
am
cur-
im
ra-

alé-
lmi-
in-
pem

ximè convenire illud existimet, quod Ma-
gnus ille universi hujus Molitor fieri severè
præcepit. DEUS enim, qui est pura &
incorrupta mens, & ab omni dedecore
stūmoperè abhorret, hoc in primis requi-
rit; ut unusquisque ea tantum, quæ se de-
cent, & cum officio suo amicè conspirare
videt, exequatur. Quod si literarum sci-
entiam indignam putasset, quæ in Princi-
pis contubernium admitteretur, non tot,
nec tam severis mandatis, teneræ juventuti
illam inculcasset. Sed pleni sunt illorum,
omnes Sacri Codicis libri, plenæ Sancto-
rum voces, quibus Adolescentum animi o-
ptimarum artium studio velut face subditâ
inflammari debent. In Deuteronomio sa-
nè per Mosen DEUS Principem admo-
net, ut ad illustre hoc fastigium evectus legem di-
vinam scriptam ad manus habeat; eamq; legat &
mib; diebus ritæ sue, quo se revereri discat, &
Proverb. 8. custodire præcepta sua. Si etiam Salomoni ob-
te nperabimus, viro ab ipso D E O Sapien-
tiæ Spiritu afflato, doctrinam auro contra cha-
ram habebimus. Et cur non alia etiam ipsius
audimus? Fili mi, inquit, inclina aurem tuam,
& audi verba Sapientium. Appone autem cor ad
doctrinam meam, & pulchra erit tibi, cum serva-
veris eam in ventre tuo, & redundabit in labiis
tuis, si sit in Domino fiducia tua. Et plura sup-
petunt.

Eccles. c. 3.
& 15.
Prov. 15.
& 23.

petunt pulcherrimis monitis referta: sed
quæ referre supervacaneum videtur: cum
ipsa natura velut illice trahamur ad rerum
variarum investigationem. Tantus enim
nobis innatus est cognitionis & scientiæ a-
mor: ut, licet nulla emolumenți spes ef-
fulgeat, prona tamen ad eas res hominum
natura rapiatur. Injurius itaque in natu-
ram is esse videtur, qui humanitatis artes
à Principe tanquam indignas tanto super-
cilio, procul spernit. Rectius Disertissimus
Romuli Nepotum: Omnes trahimur & duci- 1. Offic.
mūr ad cognitionis & scientiæ cupiditatem, in qua
excellere, pulchrum putamus; labi autem errare,
nescire, decipi, & malum & turpe ducimus.

Quem præterea possumus Principem
aliquo in numero putare? qui juxta cum
ignarissimis imperandi artem nescit. Quid
hunc hominem magnum aut amplum de
Republica cogitare? qui utcunq; tempus
fluat.

Melius, pejus, profit, obfit, nihil videt.
Quidcum illo agas, qui neg₃ jus neg₃ bonum atq;₂
equum scit?

Dicam verbo, & elegantissimi Comici
verbo:

Hoc qui nequit, fateamur nescire imperare.
Quid ergo causæ erit? quo minus Princeps
ad assequendam eruditionem remis velisq;
conten-

Terent. in

Héaut. Act.

4. Sc. 1.

Id. ibid.

Id. in A-

delph. A. I.

Sc. 1.

Ma-
erè
&
C
ui-
de-
C
ci-
ci-
—
uti-
n-
o-
o-
itâ-
a-
o-
di-
e-
&
b-
n-
a-
us-
m-
ad-
a-
ni-
P-
nt



contendat, ut *artem imperij*, quæ teste Chry-
2. ad Corin. sostomo, omnino maxima est, consequatur,
homil. 15.

& Spartæ tam illustri par esse possit. Lite-
ræ enim sunt, quæ tam egregiè illum in-
struunt, ut

Horat. 1.
lib. ep. 1.

Cum tot sustineat, cum tantæ negotia solus,
haut dubiè tamen sciat, quomodo

Ibidem.

Res Italas armis tutetur, moribus ornet,
Legibus emendet

Aen. Sylv.
lib. 3. hist.
Bohem.

& omnem rerum summam felicissimè nec-
citra laudem administrare queat. Non pa-
rum etiam dictionis nostræ veritatem
astruit literatissimi Bohemiæ Regis Ula-
dislai æternitatis cedro dignissimum effa-
tum: *Non enim hominem sibi videri dixit, ne-*
dum Principem, qui literas ignoret. Hausit hoc
fortasse ex suavissimo Xenophonte, qui
ait: *Omnis animali facilius imperabū quam homi-*

lib. 1. Cy-
top.

nī; ideo Sapientissimum eum esse oportet, qui re-
gere velit. Astipulatur huic nobilissimus
rei militaris Scriptor Vegetius, qui asseve-
rat: *Nullum esse cui Sapientia magis conveniat,*
quam Principi, cuius doctrina omnibus subjectis
prodeesse debet. Nautas igitur hac in re imi-
tandos censeo: qui non nisi peritissimo
cuiq;, & rei nauticæ præ cæteris gnaro, cla-
vum committunt. Eadem enim ratione
qui in Reipublicæ navi ad gubernacula se-
det, prudentia & administrandi peritia re-
liquos

in præfat.
lib. 1. de re
milit.



liquos præcellat, necesse est. Sic enim neque in scopulos feretur. sed aptè eos declinabit, neq; ad vada navim adpellet, sed velum potius submittet, & eà cursum flehet, quâ venti salutares ferent. Satis nunc, opinor, quivis perspiciet, neminem Principum, Spartam, quam nactus est, ornare, neque eâ honestè fungi posse, nisi literatùrā humaniore ita informetur, ut unamquamque rem & consilio regere, & integritate tueri, & virtute confidere possit.

At hic acerrimi quidam Musarū ofores

Vervecum in patria, crassogj sub aëre nati Juvenal.
sese nobis opponunt: & sententiæ nostræ Sat. 10.
veritatem falsimoniâ suâ jugulare conantur. Ajunt enim, otio tantum corrumpi
& velut putrescere Principes artium studijs
vacantes: atque ita illarum dulcedine fa-
scinatos omnem Reipublicæ bene gerendæ curam deponere. Sed ejusmodi homines,
qui cerebellum suum in calcaneis, non
in capite gestant, non tribus, quod ajunt,
verbis, sed uno absolvi posse opinor; cum
nego. His n. tam iniquis literarū aestima-
toribus otiosi etiam ab animo Principes vi-
dentur, cum se honestissimis scientijs pau-
lis per dedere. Hi tamen otiantes (si Dijs
placet) omni animi contentione, (cum erudi-
tissimo Guazzo loquor) humiliunt hujus
mundi

lib. i. de
cōversi civi

mundi affectuum cura deposita ad DEI contemplationem attolluntur, & mirabilem ipsius operum magnitudinem expidentes secum, cum incredibili gaudio & animae quoq; salute cum ipso deprehenduntur conjuncti. Interdum etiam Solis & Lunæ cursum, nonnunquam cœli & signorum motus, nec non vicissitudines rerum atque ordines considerant. Nunc in mo-
rali disciplina, à qua, ut Cicero loqui amat, constanter honestèq; vivendi exempla ducuntur, vel in summum bonum inquirit, vel de Justitia, Fortitudine, Prudentia, Temperantia disputat. Nunc morum aspritudinem conatur exuere, nunc voluptatem à se repellit, nunc intemperantiam; & ut breviter dicam, semper vel virtutibus colloquitur, vel colluctatur cum vitijs. De Civili doctrina quid dicam? in hac tam est occupatus, ut vix liberè respirare possit. Hic civitatem ædificat, post magistratum constituit, leges promulgat: nunc Consiliarios convocat, deliberat, decernit: interdum bellum indicit, confligit acie, vincit vel vincitur, pacem orbi excussam reddit. Sed quid plura consecer? Hic Rhodus, hic saltat, hic sudat, hic omnes animi nervos & virtutes explicat: adeò ut in ruborem meritò dentur, qui Principem literis incumbentem desidia & otio, quasi pestilentī

Sidere

sidere afflari dicunt. Sed h̄c rursus quāsi
ē plaustro convicia spargunt; & misellam
eruditionem gravissimi criminis insimu-
lant. Iminere dicunt Principi infanīæ
periculum ab artium cultura. Quotidia-
nam enim experientiam testari, eos, qui
perpetuō domi delitescentes libris incum-
bunt, non tantūm non conversari cum lalijs
decorē posse; sed etiam adeō stupidos fie-
ri, ut vix mentis compotes videantur.
Huic posteriori sententiæ neque nos ma-
gnoperē repugnamus. Etenim (ut eos a-
liquantulum juvem) ridere illos solemus,
qui ita se literis abdiderunt, ut nihil possint thīus ad
ex his neque ad communem afferre fru- De his ele-
- Claudio.
Etum, neque in lucem aspectumque pro- De eorundē
ferre. Atque etiam cum fortè contingit, dictis & fa-
ut lucifugæ isti domo pedem efferant, tan- extat libel-
to stupore percelluntur, atque adeō inso- Ius Hiero-
lentiā hominum & lucis perturbantur, ut clis, quem
ne vestigium quidem firmè ponere, aut Goldastus
quò tendunt, satis explorare queant. Sed prim⁹ vul-
gavit.
Non obtusa adeō gestamus pectora Pæni Virg. i. Æd.
ut ob paucorum stupiditatem Adolescentes ab omni literarum commercio arcea-
mūs, nec Musis & Gratijs litare velimus.
Illud tantum Principum liberis inculca-
mus: ut modum teneant in conficiendo
disciplinarum orbe: & ex singulis ea tan-
tum

contem-
operum
credibilis
prehensio-
olis &
signo-
erum
in mo-
amat,
ur, vel
Justi-
antia
m co-
repel-
viter
uitur,
ili do-
cupa-
c civi-
stitu-
iarios
erdum
cit vel
t. Sed
s, h̄c
ervös
borem
ris in-
tilenti
sidero

in Mene-
nio Agrip-
pa.

tum carpant atque delibent, quæ magis
necessaria sunt: ut his veluti gradibus ad
tantæ dignitatis & divinæ cujusdam virtu-
tis fastigium aſce ant. Linguae nostræ non
quivis ſapor eſt amabilis, nedum corpori profutu-
rus, ſed cuius temperata ſit dulcedo, naturæ homi-
ni familiarissima: auſteros nimium, amaros, a-
cres, falſos reſpuit, quæ quidem recte valet, nec vi-
tioso aliquo humore ſuffuſa fuerit. Principi quoque
& Republicæ tum præfuturo, tum profuturo non
omnis doctrina convenit: ſed habenda ea eſt cum
modo, ne in literis intemperantiâ laborare, neu
Scholæ potius quam vitæ didiciffe videatur; ut ele-
ganter ait CL. Dornavius Præceptor & Ho-
ſpes meus æternūm colendus: & quòd
ſcio

Cæcilius,

Vulcanus, Luna, Sol, Dies, Dii quattuor,

Meliorē nullum illuxere alterum

addo & doctiorem. Sed quam penè fuifſet
nobis Magnus Vir! quem ſemel atque ite-
rum in medio florentis famæ circo livida
illa Dea, quæ nihil præclarum diurnare fi-
nit, ferè ſupplantaffet. Interest profecto
bonorum omnium, quam diutissimè illum
ſuperſtitem eſſe; ne & Muſæ tam strenu-
um Cultorem, & literæ tantum decus per-
dant: & nos quoque ingentem incompa-
rabilis Patroni jacturam faciamus. Sic
igitur, ex ē diverticulo in viam redeam,
animum

animum induco meum, & ut spero, nemo
opinionem suam à nostra segregabit. Il-
lustres Adolescentes, Servi Romanorum Liv. lib. a.
Regis exemplo ys artibus erudiendos esse, qui-
bus ingenia ad magnæ fortunæ cultum exitan-
tur. Vetus enim verbum est, sed usu planè
novum:

* Οχείσιον εἰδώς γέχο πνλλειδώς στΦός. * Qui fru-
Probe hoc observavit Agricola; qui, teste etuosa, non
Tacito, studio scientiæ flagrantem animum coer- qui multa
cuit, tenuitq; quod est difficillimum, ex sapientia scit, sapit.
modum. Hujus vestigijs, Si Princeps insi- ^{Æschylus.}
stet, & philosophabitur, sed paucis; nihil pro- Neoptol. a.
fectò erit, quod vel animi mentem turba- pud Enni.
re, vel calumniandi ansam improbis præ- um.
bere possit. Sunt tamen alij, qui Princi-
pi fas esse negant contubernales habere
cas artes, quæ ad humanitatem pertinent.
Ipsius enim esse subditos defendere, & si
aliter fieri non potest, aperto Marte vim
& injuriam ab horum cervicibus depelle-
re. Atqui inter se dissidere nec in una se-
de Martem & Pallada morari. Obsolevit
jām ista oratio, re multò magis, quam
verbis refutata. Neque enim convincun-
tur tantum, cum Martem cum Pallade
comparamus, sed reclamitant etiam ejus-
modi mendacijs innumera præstantissi-
morum Regum & Principum, quæ prisca;

B

quæ

quà medij, quà recentioris ævi exempla.
Sed intuemini mihi similima Imperatoris
& Philosophi officia: aut me fallent o-
mnia, aut luce meridianâ clariùs appare-
In proœmio bit: Principem non tantum armis deco-
Initit. in pr. ratum! sed etiam legibus & eruditione o-
portere esse armatum, ut utrumque tem-
pus & bellorum & pacis rectè gubernare
possit.

Imperator igitur fortitudine & ma-
gnanimitate suâ imperium longè latèque
propagat: Philosophi non minor virtus
est in partis tuendis. Ille hostes à limine
regni depellit; hic vitia à limine virtu-
tum. Novit ille, quemadmodum urbes
strenuè expugnantur: hic quemadmo-
dum sapienter gubernantur. Ille in hoc
totus est, ut libertatem corpori, hic ut a-
Plin. lib. 2. nimo reddat. Castor & Pollux cœlestes
s. 37. illi ignes, graves sunt nautis cum soli-
tarii venere, mergentesque naviage-
mini autem salutares, & prosperi cursus
prænuncij certissimi. Idem in regno de-
re militari & literaria censendum: Sem-
per illud ruinæ proximum fuit, ubi alter-
utra horum negligi & contemni; contra
verò nunquam non floruit, cum gemino
hoc sidere illustrari cepit. Ac fuit tempus
illud cum summi Imperatores neque in-
pace

pace rebus integris, neque in medio belli
ardore & armorum strepitu, admirabili
quodam ad literas amore concitati paca-
tissimarum Virginum consortium dedi-
gnarentur. Magnus sanè Alexander illu-
stri documento probavit: quantum è re
Principum foret: si illas nullo divertio à
Marte segregari committerent. Non e-
nim scientia rei militaris, non virtute tan-
tum floruit, non auctoritate, non felici-
tate (quæ summo Imperatori inesse o-
portere flos Romani eloquij testatur,) sed
etiam eruditione tam insigni, quâ vel
paucissimi reliquorum Principum, quos
aut vidimus, aut audivimus, fue-
runt. Quo hoc in numero putabimus?
quod 20. ætatis anno magni Aristotelis
ductu usus orbem disciplinarum feliciter
confecerit: Homerum Poëtarum Antesi-
gnatum non tantum diligenter evolve-
rit, sed etiam cum pugione cervicali dor-
miens supposuerit; ratus fortean, quod
res est, suaviorem sibi quietem forè si à
participie illa æternitatis anima profici-
sceretur. Atque is etiam cum in Sigæo A-
chillis tumulo astitisset: O fortunate, in-
quit, Adolescens, qui tuæ virtutis Home-
rum præconem inveneris! & verè! nam
nisi Ilias illa existisset, idem tumulus, qui

Cicero pro
leg. Man.

Cicero pro
Archia.

B 2

corpus

pla.
atoris
nt o-
pare-
deco-
ne o-
tem-
rnare

c ma-
èque
irtus
mine
irtu-
irbes
lmo-
a hoc
ut a-
estes
sol-
iage-
ursus
ao de
Sem-
alter-
ontra
nino
npus
e in-
pace



corpus ejus contexerat, nomen etiam ob-
ruisset. Ænulati sunt Hunc non pauci
Græcorum Imperatores, qui pro viribus
conandum esse duxerunt, καὶ τὰ κοινὰ
περάτειν, καὶ τῆς Φιλοσοφίας αὐτοὺς λαμβάνε-
σθαι. & rempublicam administrare, & Philo-
sophiam capessere. Ita ad Alexandri exemplum
Rempublicam gessere (a) Pericles, ita (b)
Architas Tarentinus, ita (c) Epaminon-
das Thebanus, ita (d) Dion Syracusanus,
quorum uterque fuit Platonis discipulus.
Ægypti verò Reges quantum in literis ex-
celluerint, vel ex nobilissimis, quas stru-
re Bibliothecis licet aestimare, de quibus
Lipsius

(*Nomen ad auditum Critici submittite fasces!*)
eruditè disserit, in eleganti de Bibliothecis syntagmate. Sed & hi laudabili insti-
tuto sanxerunt, ne cui suorum ad regiæ
dignitatis culmen pateret aditus; nisi pri-
us in Philosophorum Scholis eruditus,
postea Sacerdotis munere ritè functus fu-
isset. Sic Menetam primum Regem, sic
Mercurium Trismegistum, sic alios com-
plures electos fuisse auctor est Vir Erudi-
tiss. Phil. Camerarius, qui famam à Paren-
te acceptam illustribus ingenij sui monu-
mentis immensum auxit. Incredibilem
porrò dicendi ardorem Darii potentissi-
mi Regis

Regis facilè est videre ex epistola ipsius
ad Heraclitum Ephesium hunc in sensum
scripta: *Rex Darius tuus expetit esse discipulus*: Mambrinus
rogat itaq; ut quamprimum ad se venias: omnem Rosæus in
ipse vicißim honorem diebusq; singulis diligens Institut. Prin-
studium & gratum colloquium præstiturum pollicetur. cip. c. 18.
Ne quid hic de Dionysio Iuniore
dicam, qui regno expulsus non tantum
jucundam, sed necessariam quoque ad vi-
tæ sustentationem Philosophiam est ex-
pertus. Eoq; nomine interroganti cui-
dam: *Quid Tibi Plato & Philosophia*
profuit? elegantius an sapientius? (u-
trumque enim verum est) respondit: Ut
tantam fortunæ mutationem & quo ani-
mo ferre possem. Nec Græciæ cessisse
quicquam videtur florentissima Roma-
norum Respublica, in qua difficile est e- Lipsius in
numerare, quot Viri, quantâ scientia, Admiran-
quantâque in suis studijs varietate & co- dis cap. 10.
piâ fuerint. Quid Julius ille Cæsar? quan- lib. 4.
tus atque quam multus in literis fuit?
Non enim solùm bellandi virtus in sum-
mo hoc atque perfecto Imperatore eni-
tuit: sed multæ fuerunt artes eximiæ hu-
jus administræ comitesq; virtutis. Nam,
& scribenda gesit, & res gestas

(*Rara avis in terru!*)

Ipse scripsit. Luculentissimè hoc testan-

B 3,

tur.

In Orat. ad
Brut.
Sueton. in
Jul. c. 56.

tur egregii rerum suarum Commentariis quos Cicero (at qui Vir!) valde probandos censet; & Hirtius ita prædicat: *Adeò probantur omnium iudicio, ut prærepta non præbita facultas Scriptoribus videretur: Ita Marti litavit præstantissim⁹ Imperator, ut nunquam deseruerit Sophiæ & Musarum Sacrum.* Quod Archilogus ille de se gloriatus olim: hoc potiori jure Cæsar posset:

Εἰμὶ δὲ γὰρ θεόπιστον μὴν ἀνακλίσοι αὐτὸν

καὶ μάστεων ἐργατὸν δῶρον οὐδέποτε

*sum quidem ego famulus, Cultorj⁹ D̄I L ar-
mipotentis*

Sed tamen & Musarum incluta dona habeo.

*Quid fuit Augusto sublimius? ille per omnes
Quas Sol cunq⁹ suo collustrat lumine gentes
Prutulit imperiū, famamq⁹ æquavit Olympo.
Nulla tamen summo laus principe dignior ex-
stat;*

*Quam quod & ingenuis excelluit artibus ipse
Cæsar; & eximio semper complexus honore est
Pieridum sobolem, generosaq⁹ pectora vatum.
Virgilium ante omnes, qui carminis alite sor-
tem*

*Transvolat humanam, superisque simillimus
audit.*

*Quid hīc Trajanos, quid Hadrianos, quid
Anto-*

Baudius in
Heroicis.
Vide etiam
Suet. in
Aug. c. 84.
§5. §6. &c.

Antoninos, Theodosios, Constantinos,
Iustinianos loquar aliosq; innumerabiles
& bellicosissimos & eruditissimos Prin-
cipes? Carolus certè primus è Germanis
Cæsar, & qui Magni cognomen meruit,
non tantum doctrinæ sacræ, sed & toti
Philosophiæ ducente Alcuino strenuè o-
peram navavit. Adolescens etiam utrius-
que linguæ Græcæ & Latinæ tantam fa-
cultatem sibi comparavit, ut & in hac ver-
sus componeret, qui adhuc exstant, &
Græcorum legatos Græcè loquentes au-
dierit, eodemque sermone responderet,
ut Philip. Melanchthon scribit, vir de to-
to Christia no orbe meritissimus, & nun-
quam sine horrore quodam mihi nomi-
nandus. An etiam silentio prætereamus
Sigismundum Austriacum Imperatorem
laudatissimum, & cui pares paucos, supe-
riorem nullum Sol noster Germanus a-
spexit? Neque enim rectissimis studijs at-
que artibus tantum erat imbutus; sed il-
larum quoque Professores tanto favore
complectebatur; ut etiam ijs, qui generis
nobilitate illos anteibant, præferre non
dubitaret. Idq; cum ipsi vitio à nonnul-
lis Germaniæ Principib. verteretur: Non
injuriâ, respondit, eos magnifacio, qui
singulari D E I Sapientissimi dono reli-

libr. 4.

Chron. pag.

42.

Camerar.

Cent. 2. C.

55.

quis antestare videntur. Ego unoquoq;
momento & ex quovis ligno Nobilem
sculpere possum; Philosophum verò nec
ego nec centum Imperatores, sed solus
Deus creabit. Itaque majori honore di-
gnandos censeo, quos eruditio & doctri-
na commendat: ac eos, qui fumosis ma-
jorum titulis & imaginibus superbiunt.
*Intellexit nimirum quemadmodum in natura a-
nimus præstantior corpore est; ita ingenij orna-
menta elegantia & dignitate sua externum illum-
generis & familiae splendorem, longo post se inter-
vallo relinquere; ut optimè ait Mambrinus.*

De Instit.

Princ. c. 18.

Rosæus Italus, quem Latinitate oppido
quam eleganter donavit Nobiliss. Stangi-
us peculiare Silesiæ nostræ ornamentum.

An de Alphonso Siciliæ & Hispaniæ Rege

Anton. Pa- longa oratio est expromenda? qui tam in
norw. de deliciis habuisse dicitur optimorum Au-
dict. & saet. thorum libros; ut etiam dixerit; se malle
Alph. uniones margaritasq; suas perdere, quam

Tholos. lib. qualemcumq; librum. Idem etiam librum

16. de Rep. apertum pro insigni gestavit; quod bona-

Q. 10. rum artium cognitionem maximis rebus
convenire intelligeret, quæ videlicet ex li-
brorum cognitione & evolutione perdi-
scentur. In omni etiam expeditione

Iulij Cæsar is Commentarios secum tulit,

In Epistol. & ut de eo refert o Jaupha, o Cat Lipsius,

Quæst. lib.

z. ep. 23.

nun-

nunquam illi dies elapsus sine tractatione literarum. Quanti etiam Carolum I V. verum Germaniæ nostræ Lycurgum humaniores Peucer. in artes fecisse putabimus, qui cum Pragæ Chron. lib. integrum diem lectionibus audiendis daret, & à Consiliarijs, ut ad cœnam iret, admoneretur, pulcherrimè respōdit: HÆC MEA COENA EST. Solidam verò laudem & sempiternam meretur gloriam aurea ipsius bulla, quæ fuit hactenus pacis publicæ nervus firmissimus. Cum enim omnia inibi sancta ad imperii salutem & maiestatem pertinent: tūm illud in primis, quod Electorum filijs præcipitur; ut & Latinæ, Italæ, ac Illyricæ linguæ cognitionem sibi parent, & maxime omnium ad liberales disciplinas mentem suam appellant. Satisfecit, nî fallor, huic legi, Optimus Imperator Maximilianus I., qui non modò prompto ac expedito latini sermonis usu polluit, sed etiam omnium liberalium artium, in primis historiarum studia in Germaniâ tum temporis profunda barbarie sepulta, postliminio quasi excitavit. Cum doctis etiam, teste Nobilissimo & Eruditissimo Goldasto non modò de religione, verum etiam de levioribus artibus commentabatur, de siderum motibus, de alijs naturalibus causis, de historijs. Nulla res erat, quæ quidem digna

Id. ibid.

Cam. cent.

3. c. 65.

Tholos. lib.

15. c. 5.

Keckerin.

syst. polit.

lib. 1. c. 2.

Hippol. a

Collibus in

Confiliar.

in epist. 3.

Cent. Hor.

Cam. et.

præfx.

oquoq;
bilem
erò nec
d solus
iore di-
doctri-
sis ma-
biunt.
atura a-
nij orna-
um illum
se inter-
nbris.
oppido.
Stangi-
entum.
iæ Rege
it tam in
um Au-
se malle
e, quam
librum
d bona-
is rebus
cet ex li-
e perdi-
itione
m tulit,
Lipsius,
nun-



*Ex Epitom.
rer. Ungar.
Rans.*

digna esset homini*s* ingenui cognitione, in quam ille non intenderet animum. Iccircò eximia laude à Peucero magnæ eruditionis Viro, & minimè vano ornatur; ad quem adeat, qui plura de præstantissimi Imperatoris doctrina scire avet. Ad Matthiam enim Corvinum propero illud Turcarum fulmen, & quâ militari, qua literarum laude celeberrimum. Cujus doctrinam si quis in dubium vocare audet; audiat is testem verissimum, & σύγχεονος Matthiae Petrum Ransonum, qui hisce laudibus in solenni Panegyri ipsum extulit. Tuum esse affirmo, quod innata excellenti atq; versabili ingenii tui dexteritate adipisci Tibi in hac vita studisti. Adeptus quippe Tibi es sapientiam, qua virtute divinarum rerum calles notitiam causasq; aliarum rerum altissimas atq; supremas contemplari per facile potes. Adeptus es prudentiam, cuius tribus illis partibus, quas ei Philosophi tribuerunt, in cunctis tuis negotijs uteris prudentissime. Satis opinor hoc esse laudis, atque ita reputo, paucos fore Principum; quibus haec conveninire videantur. Nisi quod paria cum hoc Matthia fecisse videtur Franciscus I. Galliarum Rex

Homer.

Αὐτόπερν βασιλεύς τ' αὐγαδὸς κρατερός τ' αἰχμῆς.

*Utrumq; & Princeps bonus & bonus Indu-
rator.*

Nullius

Nullius profectò tantum est flumen inge-
nij, neque tanta vel scribendi vel dicendi
vis, quæ exornare satis posset celeberrimi
Regis laudes. Neque enim ipse tantum,
in omni recto studio & humanitate ver-
fatus est, sed etiam exemplo suo Gallos ad
politioris literaturæ studia tantopere ex-
citavit: ut cum antea inveterato quodam
odio ab ea abhorrent, hodie tantum
profecerint, ut cum unaquaque gente de
humanitate & eruditione certare possent.
Subinde etiam hunc Regem ad Robertum
Stephanum visitasse, & cum huic non va-
caret, quod eorum, quæcum edebantur
emendationi intentus federet, paulum
expectare jussum tradit elegantissimus
Heinsius, ocellus & deliciū seculi. Hujus
in laudis societatem admitti etiam debet
(a) Gallicæ nobilitatis decus Guilielmus Bella,
jus Insubrū Prorex; (b) qui perfecisse dici-
tur, ut Gallica nobilitas non minus lite-
rarum quam armorum gloria floreret;
primusq; arma literatis, & literas dedit
armatis. Pari laude in Germania prævivit
nobis Optimus Imperatorum Ferdinan-
dus. Nam præter legum à natura & do-
ctrina haustam cognitionem tantâ erat
in rebus obscuris promptitudine expli-
candi, tantâ facilitate argumentandi, da-
cendi,

Bodin. in
Meth. hist.

In epistol.
qualis Lite-
rato Uxor
duc.

(a) Ita ap-
pellatur à
Sleidan.

(b) Bodin.
in Meth.
hist. & Ar-
t. noldus Fer-
ronus in vi-
ta Franci-
sei l.

Busbeq. ep.

43

in quam
ximia
s Viro,
n adeat,
ratoris
n enim
m ful-
n laude
si quis
testem
ia Pe-
s in so-
esse af-
li inge-
studu-
ua vir-
fasq; a-
ntem-
m, cu-
tribue-
risime.
ita re-
us hæ
paria
franci-
egate
ndupe-
ullius



cendi, conferendi, ut vel summis histori-
cis, Philosophis, Medicis, quærendo & a-
liter sentiendo negotium præbuerit.
Hujus vestigijs adhuc insistunt Augustis-
simi Successores, & pro parte sua tam stre-
nuè tutantur gloriam literarum; ut ho-
rum exemplo non pauci Germaniæ Prin-
cipes incitati omni ope & studio ad eru-
ditionis culmen sibi enitendum putarint.

Daniel E- Inter hos familiam dicit Potentiss, Haf-
remitaⁿⁿ, forum Princeps Mauritus, qui & Græcam
itinere Ger- & Latinam, nec non Hispanicam, Italicam &
mas. non Gallicam linguam exactè novit, & invidiam quo-
que Mithridatis famæ facit. Augetur ea laus Phi-
losophiæ præterea & omnium bonarum artium
absolutissimâ cognitione, qua ille ad miraculum
excellit.

Absit verò ut Te præteream, GEOR-
GI-RUDOLPHE Celsiss. me Lignicensi-
um PRINCEPS, qui & inter Literatissi-
mos Illustrissimus, & inter Illustrissimos
Literatissimus jure meritissimo audis. Ne-
que tamen Rempublicam negligis, dum
Musas diligis; in quo Michaëlem Byran-
tij Imperatorem peccasse Zonaras histo-
ricus judiciosissimus testatur. Itaq; quod
ille vatum Pater de Asteropæo dixit $\omega\delta\epsilon\zeta\iota\sigma\nu$ fuisse: idem de Te Dux Clemen-
tissime rectè usurpârim: qui & in Repu-
blica

Annal.

tom. 3.

Homer. Il.

¶.

blica & in literis sic versaris, ut in altero
horum unus esse videaris. Sed cum exi-
miæ C E L S I T. is T. æ dotes omni laude
nostra sint sublimiores rectius me factu-
rum existimo, si eas religioso silentio, ut
in sacris fieri amat, venerer.

Longus sanè & prolixus fui in recen-
sendis Principum & bellica & literaria
laude celebrium exemplis: sed neque sic
omnes nominavi in primis Elisabetham &
Jacobum I. Angliæ Reges, quorum insi-
gnes laudes ne delibabo quidem: quippe
cum Plauto face & viatico mihi opus fo- Trinact. 4.
ret ad tam longæ narrationis iter. Plures Sc. 2.
verò & doctrinâ excertos & doctorum
Fautores Principes recenset in nobili Axi-
omatum suorum opere Vir Rever. & Do- In Axiom.
ctiss. Gregorius Richterus, Hospes & Fau- Polit. axi-
tor meus æternum colendus; de quo ni- om. 87,
hil tam magnificum dixero: quod non
singularis ipsius virtus & multiplici lecti-
one corroborata eruditio superare videa-
tur. Satis planum me fecisse existimo,
non dedecere Principes liberalissima lite-
rarum humaniorum studia: rectè itaque
atque ordine me facturum opinor, si, cū
tanta sit horum honestas, non minus ne-
cessum esse demonstravero; ut à teneris
statim suavissimo scientiarum nectare a- himi

histori-
do & a-
uerit.
ugustif-
am stre-
ut ho-
iæ Prin-
ad eru-
utarint.
s, Haf-
Græcam
licam &
tam quo-
laus Phi-
artium
raculum

G E O R-
nicensi-
eratissi-
issimos
dis. Ne-
, dum
Byran-
s histo-
q; quod
xit w
Clemen-
n Repu-
blica

nimi illorum imbuantur. Hic verò neminem futurum puto, qui adeò frontem posuerit; ut quod omnium humanarum actionum & caput & finis esse debet (Pietatem intelligo) Principi futuro detrahe-

August. de re ausit. Paxillus sanè nisi bene fixus firmiter & abusion. licui fortiori adhæreat, omne quod in eo penderet, grad.

citò delabitur, & ipse solutus à rigore suæ firmatatis, cum oneribus ad terram dilabitur. Sic & Princeps, nisi Conditori suo pertinaciter adhæserit, & ipse, & omnis, qui ei consentit, citò deperit. Ad summam, ut cum Hyppolyto à

In Principe Collibus loquar, Religionis studium omnium virtutum verissimam disciplinam continet. Et

cap. 6. necessarias esse negabimus literas? quæ tam insigni virtute Heroas nostros induere possunt; qua sublatâ etiam fidem & societatem generis humani & unam excellentissimam virtutem justitiam tolli necesse sit. Rectè enim & ad veritatem appositi Poeta:

Silius Ital. - - primæ scelerum causæ mortalibus ægris lib. 4. Naturam nescire DEm.

Sed quid ego de miserrima nostri seculi conditione dicā? quæ profectò postulare videtur, ne Principem tanto bono defraudemur. In hoc enim infelicissimo

Virg. Ecl. i. Ecclesiæ desidio, dum

- - - Vndiq; totis

Vsq;

Vsgj, adeò turbatur agris

& Theologi veluti Cadmei milites invictem congreguntur, alterque alterius sententiam ceu pestilentem damnat; non video, qui se expedire possit Princeps illiteratus. Omnibus enim in rebus à Sacrificulis suis turpiter sibi imponi, & dum in dubio est animus paulo momento huc illic impelli sentiet. Sed ego me ab his rebus abstineo, neque enim consultum videtur incedere

per ignes

Horat.

Suppositos cineri doloso.

Et commode hic Platonem audio insuffrancem: ὅτι γε οἱ λόγοι χαλεποὶ. Difficiles & cum discrimine hi sermones. Declina Rep. Plato de Rep. bo potius hos scopulos, in quibus multorum naufragium video, & in ea loca me conferam, per quae faciliorem atq; etiam tutionem dictioni meae cursum patere video. Occurrit enim, quod nemo inficiabitur, Principis animum, cum hoc Pietatis liquore aliquantum fuerit imbutus, necessariâ morum culturâ expoliendum & acribus stimulis ad Virtutis & Honestatis amorem instigandum esse. Pietas enim sine moribus (ut Maximus virorum Lipsius lib. i. e. in admirabili & præstantissimo opere de civili doctrina ait) quicquid vultu, voce, calore

præ-

Vsgj

215021

preferas vana est, imo nulla. Rationi itaque consentaneum videtur, ut tener animus, dum adhuc regi potest, vitiorum turpitudine exuatur, virtutisque amore inflamatus saluberrimis quibusq; monitis in

Mambrin. rectæ rationis gyrum perducatur. Quem Rosæus de inst. Princ. admodum enim corpora cœlestia si minimum immutentur, & à cursu recto pau-

c. 18. lulum saltē deflectant non absque gravi pernicie rerum humanarum id facere consueverunt, prout manifeste in defectibus Solis & Lunæ id videre est: ita Reges quoque, Principes alijque celso loco nati, si honestatis fines egrediuntur, & aut iræ præcipitantia, aut ambitione, aut temeritate, aut ignorantia quid peccant: confessim in maximum Reipublicæ præjudicium & detrimentum id vergere cernimus. Medetur tantis incommodis no-

**Casus in
pæf. Spec.
moral.** bilissima Philosophiæ pars Ethicæ, illa morum norma, virtutum magistra, gnomon vitae, actionum regula, illa, quæ Principem probum moribus, ingenio modestum, constantem adversum metus, & qui amantem felicissimâ ratione efficere potest. Nullus verò auctorum, quos videre & legere mihi contigit, æquè eleganter & diligenter Ethicæ fructus recenset, ac Plutarchus **Chæronensis**, cuius omnis scriptio, atte- lib. 2. c. 8.

stante



itaque
animus,
urpitu-
inflam-
nitis in-
Quem-
si mini-
to pau-
ne gravi
facere
defecti-
Reges
co nati,
aut iræ
t teme-
t: con-
ræjudi-
e cerni-
dis no-
illa mo-
on vitæ,
m pro-
n, con-
antem
Nul-
legere
iligen-
archus
, atte-
stante

stante τῷ πάντῳ Lipsio cum virtute & pru-
dentiam inferit; & quo secundum Bau-
dium nemo in tota gente literatorum u-
tiliora & magis frugifera seculo consecra-
vit. Sed audiamus Latina (ignoscant mi-
hi φιλέλλωες) Viri Sapientissimi verba:
*Propter hanc & per hanc scire datur, quid pul-
chrum, quid justum, quid injustum, quid brevi-
ter sequendum & fugiendum: quomodo Diis,
quomodo Parentibus, quomodo Senioribus, quo-
modo legibus, quomodo magistratibus, quomodo
amicis, quomodo uxoribus, liberis, servis utendum
sit: quod oporteat Deos quidem colere, Parentes
verò honorare, Seniores revereri, legibus obtem-
perare, magistratibus parere, amicos diligere, er-
ga uxores esse modestos, liberorum intime aman-
tes esse, servos contumeliam non afficere, & quod
maximum est, neq; in rebus secundis exultantes,
neq; in adversis tristes nimis esse, neq; in volunta-
tibus dissolutos, nec in iracundia plus satis commo-
tos & belluinos.* Jam si verum est illud,
quod Platonem dixisse M. Tullius refert: *1. Offic.
Formam honesti, si oculis cerneretur mirabiles a-
mores excitaturam sapientiae: nihil restare vi-
deo, quo minus Princeps noster Ethicen-*
quoque Honesti Procreatrixem, quam-
velut in tabella jam spectavit, incredibili
amore deperire occipiat. Idque eò ma-
gis, cum veluti gradus quidam sit, quo in

C

augustis-

in notis ad
c. 10. lib. 11
Pol.
in Cent. I.
Ep. 68.

τῷ πα-
δεδιδαχίῳ
lib. 2. c. 8.

augustissimum Iprudentiae templum ascendet. Neque enim & hac carere potest, si & honeste vivere, & alterum non laedere, & suum cuique tribuere velit.

Osor. lib. 1. Non quidem ita eum inducimus, ut quasi de Reg. In quidam leguleius veterator & callidus, stit.

Keckerm. formulas actionum componat, & cum ijs, **Syst Polit.** qui Iprudentes haberi volunt, cautè disceptet: sed generalem tantum juris cognitionem requirimus. In primis verò patriæ leges & instituta civilia ad unguem calleat: & quid moris in regno obtineat, exactissimè habeat perspectum. In quo imitandum sibi proponat Sigismundi I.

Herburt. in Poloniae Regis exemplum, quem juris Polonici peritissimum fuisse, Historici testantur. Neque minoris facienda est Se-

βασιλ. renissimi Britanniarum Regis Iacobi I. **Dōgē.** lib. 2. admonitio quād filio suo in verè regio pag. 151. dono his verbis inculcat: Secundum à scriptis literis locum tuarum legum cognitio occupet. Nam quomodo de ijs rebus judicare poteris, quas non cognoveris? Enitere, ut omnes tām constitutiones tuæ, quād processus judiciarij breviter & dilucidè, quoad fieri poterit, expediantur. Principi verò pietate & moribus probè informato, necessariò Prudentiam, quasi Sociam, vel, si Lipsio assentimur, rectricem, certè directricem adjungimus. Nam præter

Polit. lib. 1.
cap. 7.

præterquam, quod ἔχοιάντες αγαθὸν εἰναι
νυεῖσθαι, ἀνέντες Φεγνόστεως; Fieri non potest, ut Aristot.
quisquam vere probus sine prudentia audiat; Eth 5.
etiam illud difficilimum, & ut ita dicam,
impossibile est, ut sine hac Respublica,
ne quid detrimenti capiat, administrari
queat. Frustra sunt Architecti, qui sine
libella & linea opus aliquod aggrediun-
tur; frustra item Principes; nisi Pruden-
tiam sibi affiscunt, quæ quid & publicè
& privatim fugiendum aut appetendum
sit sine ullo errore præscribit. Nemo igi-
tur erit, qui habet aliquid non solum Sa-
pientiæ, sed etiam sanitatis, quin omnes
artes, quæ ad Humanitatem & Sapienti-
am pertinent, futuro Rectori addiscendas
censeat. Nam nisi omnes norit, qui fieri Bāσιλεὺς
potest, ut omnes corrigat, quod propriè δῶρο. lib. 2.
ipsius attingit officium. Ne tamen illo pag. 149.
tis quasi manibus ad sanctissima Musa-
rum pulvinaria accedere videatur, omni-
nō è re ipsius erit, si arti, quæ verum à fal-
so discernit, sedulam prius navabit ope-
ram. Hæc enim est compendiaria quæ-
dam via: qua & citius, & minori cum
molestia per omnes disciplinarum diffi-
cultates eluctabitur. Non quidem hīc
minutissima quæque à Principe exigi-
mus, neque ut disputatiunculis argutari,

& Sophisma aliquod scitè texere ac retèxere sciāt: sed generaliora tantum præcepta, & quæ usus frequentior commendat comprehendere, paucorumque mensium spatio, quod factu est facilimum, imbibere studeat. Huic disciplinæ comitem, summè necessariam adjungo Eloquentiam, & linguarum aliquor utilissimum studium. Neque enim quicquam mihi præstabilius videtur, quam posse dicendo mentes hominum allicere, incitare ad virtutes, à vitijs retrahere; atq; etiam

• Virg.i.Æn.

*-- magno in populo cum saepe coorta est
Seditio, saevitq; animis ignobile vulgus
nullum est præsentius remedium, quam
-- pietate gravem ac meritis si forte vi-
rum quem*

Ibid.

*Conspexere; silent; arrectisq; auribus astant;
Ille regit dictu animos & pectora mulcit.
Quid tam porrò regium & quod Heroum
sanguine genitis magis conveniat? quam
opem ferre supplicibus, excitare afflictos,
dare salutem, liberare periculis, cùm ali-
os, tūm seipsum. Pereundum fuisset Ia-
cobo V I. tum temporis Scotiæ Regi eru-
ditissimo, & qui tam familiariter Musas
in secretum admittit, ut hoc studiorum
temperamento jam minus Martem Gra-
divum refugiant; nisi Eloquentia salu-
berrimis*

berrimis suppetiis ipsi succurrisset. Cum
enim Gauriæ comitum insidijs circum-
ventus, sicam capiti suo intentari videret:
tam acribus masculæ facundiæ stimulis
Proditorum animos confudit, adeoque
expectoravit, ut etiam ipse Carnifex in ti-
morem datus tanti sceleris veniam sup-
plex à Rege deprecaretur. Inquirenti
autem mihi in varia sermonis genera, nul-
lum, quod æquè Principem nostrum de-
ceat, videtur, ac Atticus ille & pressus di-
cendi character. Inculcavit hoc mihi Ta- Hippol. 2
Coll. in
Palat.
Lipsius in
notis ad 10.
c. 1 lib. Pol.
citus augustæ historiæ Scriptor, qui Au-
gusti facundiam his verbis describit:
Erat ei promta ac profluens, & quæ Principem
deceret Eloquentia. Neque adeò displicet in
Adolescente diffusum illud, suave, nume-
rosum orationis genus, quale à Cicerone
manat: stata tamen ætas acutum potius
desiderat, & mixtum doctrinæ antiquæ
notis, quale aut è Ciceronis ad Atticum,
aut è Comœdijs antiquis haurimus. Iam
de linguarum cognitione cautio hîc infe-
renda: ne vel pluribus se obruendo vel
addiscendo inutiles pretiosissimi tempo-
ris jacturam faciat. Ad pompam magis,
quàm ad usum, ad scientiam, quàm pru- Plinius.
dentiam hoc facit; neq; idcirco Mithri- Gellius lib.
dati assurgendum censeo, qui omnes sua-
rum scivisse.

C. 3.

ac rete-
n præce-
mendat
ensium
imbibe-
mitem
quenti-
simum
m mihi
licendo
tare ad
am
orta est
, quam
forte vi-
stant
lcet.
eroum
? quam
fictos,
m ali-
sset Ia-
gi eru-
Musas
iorum
n Gra-
a salu-
rrimis

rum ditionum, quæ numero erant duo & viginti, callebat. Noster paucissimis contentus erit, & cum aliarū, quæ regno sunt finitimæ, & quibuscum crebrius est commercium, tūm Græcæ & in primis Latinæ linguae cognitione sese occupabit. Quid enim est in amplissimo hoc terrarum orbe, quod vel insolentia & dignitate sui homines in admirationem rapit, vel commoditate sua atque jucunditate blanditur, & non reperiatur in hac lingua? Quæ disciplina tam honesta, utilis, venusta, quam illa non comprehendat? Quid ab ultimo seculi principio ad hæc usq; tempora gestum, quod non egregiè exponat, & ceu æternitatis ministra quædam in ævum mittat. Ac ne plura, quæ penè sunt innumerabilia consecter comprehendam brevi: sic enim statuo: nullam esse, cuius æquè usus necessarius & insignior commoditas in Principe fuerit experta, ac nobilissimæ hujus linguarum. Quid enim tam est illustre, quam Principem in audiendis exterorum legatis (ut alia taceam) non indigere linguâ precariâ, sed peritum hujus sermonis, cum illis de omnibus negotijs colloqui

Virg. i. Aen.

Ph. Camer.

qent. 3. c. 65.

& notas audire & reddere voces?

Quam multi Germanorum Principes magno

gno emtam cupiissent, aliquantulam tan-
tum hujus linguae notitiam: ne in publi-
co vel elingues apparerent, vel rudes o-
mnino censerentur. Neque probro sibi
duxit Potentissimus Saxoniae Elector Au-
gustus, quin ætate jam confessâ in præ-
stantissimæ linguae cognitione desudaret,
Catonem fortean imitatus, quem Græcis.
literis etiam senem operam dedisse legi-
mus. Sic igitur inducor, ut credam, cum
& artium illarum & in primis linguae hu-
jus scientia tam sit necessaria, ut sine hac
ad illustria doctrinarum penetralia nul-
lus pervenire possit: neminem fore cupi-
diorem eruditionis Principem, quin o-
mni ope studioque addiscendas eas sibi
putet. Iam verò (ut tandem ad sublimi-
ora perveniamus) quid est? quod æquè
Principis prudentiæ inserviat, ac illud ci-
vilis doctrinæ & historiarum studium:
quorum altero si destituetur, tam dispice-
re poterit, quid sibi, quid Reipublicæ ex-
pediat, quam oculus videre, qui est excœ-
catus. Iustus Iosephus Scaliger. Vir ad-
mirandus, & in quo propemodum uno
hac ætate natura ostendit, quantum in-
reliquis posset, in primis hæc inculcat, cu-
jus elegantissimos lambos quin hic asscri-
bam, ne queo mihi temperare:

Idem ib.

Val. Max.
libr. 8, c. 7.

In Jamb.
gnomica
n. 19.

Una aucupanda sit Tibi scientia
Vitæ magistra, veritatis regula,
Quæ fingit animos cultibus sapientiae.
Qui nescit illam, perperam scit cæteras.

Quam verò aliam esse putabimus, quam
Politiken, quæ, iter civilis vitæ & qui re-
ctè iniri, & qui rectè peragi possit, pul-
cherrimis præceptis demonstrat? Docet,
quod sit seminarium Reipublicæ, quod
fundamentum: virtutem esse cum pru-
dentia, quæ maximè regna conservet;
scelera & inquinatam flagitijs vitam, quæ
pessimum dent: nunc de optimo Reipubli-
cæ statu differit, probat Monarchiam, nec
improbat Aristocratiam, aversatur Oli-
garchiam: ostendit, qui gubernaculis ad-
movendi, qui arcendi; urbes an in fer-
tili vel sterili solo ædificandæ? an mœniis
& vallis muniendæ? num ornandæ tur-
ribus? Seditionum causas exponit: nec
reticet remedia: præcipit, ne quid ex se
decernat Princeps sed Consiliariorum o-
perâ utatur. Quod si Mars tubam infor-
nuit, & depositâ togâ sagum induendum,
egregiè illum de omnibus rei militaris ne-
gocijs informat: pecuniâ, quæ est bellii
nervus, commeatu, milite lectissimo in-
structum esse jubet: nunc equites, nunc
pedites, nunc exteros, nunc domesticos,

pro

pro regionis & loci genio, pro belli conditione præfert: inculcat disciplinam severam; præficit exercitui Ducem, qui virtute, scientiâ rei militaris, auctoritate, felicitate polleat: dissuadet pugnæ aleam, nisi & mllitum virtute, & loci, solis ac aëris opportunitate superes: ne victoriæ, si penes Te sit, fructum perdas & gloriam, ne abhorreas à pace diligentissimè adhortatur. Et quid plura recenseam? Omnidò assentior Sapientissimo Plutarcho:

Tῆς πολιτικῆς ἀνθεωπῷ δέετης γε κτᾶται In Cat.
τελειώτεραν. Virtute Politicā præstantiorem
nullam homo assequitur. Historiæ verò & di-
gnitati & utilitati, quæ potest par verbo-
rum dignitas reperiri? Iacerent in tene-
bris omnia civilis doctrinæ monita, nisi
clarissimum historiæ lumen accenderet,
& quod illa præceptis inculcat, hæc ex-
emplis suis verissima esse demonstraret.
Nec causam video, cur celeberrimo Hi-
storicorum Polybio refrager, qui ἀληθι-
νοτέτην παιδείαν ηγή γνωνασίαν τεργετὰς
πολιτικὰς περιέχεις, τιλύσκεις ισορίας μά Basil. Imp.
θησιν dixit. Ibi enim, ut Basilius Imperato in libello
ris verba mea faciam, reperies sine labore, quem
quæ alibi cum labore collegerunt, atq; illinc hau- οὐφαλαῖα
ries & bonorum virtutes & improborum vitiæ: παρανε-
victæ humane varias mutationes, & rerum in ea ίκα in-
scripsit.

C 5

con-

uām
uī re-
, pul-
Docet,
quod
a pru-
ver;
, quæ
publi-
m, nec
r Oli-
lis ad-
in fer-
œniis
e tur-
t: nec
ex se
um o-
info-
ndum,
ris ne-
t belli
no in-
nunc
sticos,
pro



conversiones, mundi hujus instabilitatem, & impiorum præcipites casus. Et, ut verbo complectar, malorum facinorum pœnas & bonorum præmia, quorum illa fugies, ne in divinæ justitiae manus incidas: hac amplecteris, ut præmijs, quæ ea complectantur, portiaris. Hinc ego Historiam arduæ cuidam rupi assimilare soleo: quam si ô PRINCEPS ascenderis, profectò totius orbis terrarum, omniumque seculorum populos, ingenia, res gestas, consilia, bella eventus varios, regionum & urbium situs accuratè perspicere, & perlustrare penitus poteris. Hic Adamum primum humani generis parentem in Paradiso spatiantem, & omnibus numeris felicissimum non sine stupore quodam intueberis: sed neque minori dolore afficeris, cum tantæ lucis splendorem, invidia Diaboli in homine extinguet. Nunc horribis ad atrocissimas imminutæ virginitatis & luxuriæ pœnas, cum universum orbem diluvium; Sodomam & Gomorrham horribilis flamma absumet, Ridebis etiam inanissimos hominum contra DEUM conatus; cum turris Babyloniae exstructores immutatis linguis in diversa terrarum abire videbis. Dum Sardanapali, Darij, Alexandri regna subitò dilabentur, humanæ frugalitatis memor, & quam

quam totus homuncio nil sit

Petron. in.

Spiritus & cristas, si quas erexeris, omnes
pones. Commoveberis tamen vicissim,
cum regna ex minimis principiis ad tan-
tæ majestatis culmen pervenisse videbis.
Venator enim, vel ut nonnulli volunt,
Tyrannus crudelissimus fuit Nimrod, qui
Assyriorum imperium primus fundavit:
& ex pauculis seditionis, qui contra Sar-
danapalum conspirarant, ingentes illæ
Persarum vires concrevere. Alexandrum
verò angusta Macedonia ad tantam edu-
xit potentiam, ut universo ferè mundo
vel sola nominis mentione terrorem in-
cuteret. Neq; omittenda est

Martial.

*Terrarum Dea Gentiumq; Roma
Cui par est nihil, & nihil secundum.*

Illa

Armorum legumq; Parens...

Claudian.

& quam verè Imperij virtutumq; omnium La- Ammian.
rem appellaveris. Nempe Romuli & Remi
tuguriolum cernes, quod omnem hanc
majestatem, omnes victorias & trium-
phos, quibus præ cæteris inclaruere Ro-
mani angustissimis finibus primùm con-
tinuit. Neq; tamen ulla unquam Respublica vel Liv. lib. 11;
major vel sanctior, vel banis exemplis ditior fuit.
Hic omnis exempli documenta in illustri
posita intueris, hic muri fratris sanguine
imbuti,

imbuti, præclarum documentum Tibi
præbent, non expedire, ut duo simul re-
rum potiantur.

Claud. 4.

Cons. Hon. *Libertas quæsita placet? mirabere Brutum.*

Perfidiam damnas? Metij satiabere pœnū.

Triste rigor nimius? Torquati despue mores.

*Mors impensa bonum? Decios venerare ruen-
tes.*

Vel jolus quid fortis agat. Te ponte soluto-

Oppositus Cocles, Mucij Te flamma docebit.

Quid mora perficiat, Fabius: quid reb. in arctis.

Dux gerat, ostendit Gallorum strage Camillus.

*Quod si oculos tuos in hoc seculum con-
iicies, Franciscus I. in prælio Ticinensi ca-
ptus, Henricus II. Filius in hastiludio le-*

tali ictu vulneratus, reliqui duo III. & IV.

*Henricus uterque sacerrimâ sicâ confos-
sus infelicem sceptri sortem repræsenta-
bunt. Belgicum verò bellum magnum*

*atque difficile, & in multa varietate terrâ
marique versatum, religionem cogi non*

*posse, sed quò magis premitur, eò minus
opprimi, duraturo ad omne ævum exem-
plo ostendet. Hic Breda, admirabili do-*

*lo, quem Græci stratagema vocant, nec
successu impari, occupata, & Lugdunum*

*primaria Belgii civitas avium ministerio
summis obsidionis periculis liberata, astu-*

*bellandum esse loquentur. O seculorum
historia.*

Meteran.

lib. 16. bell.

Belg.

Id. lib. 4.

Tibi
re-
m.
.res.
uen-
t.
erctis.
illus.
con-
ca-
le-
IV.
fos-
nta-
um
errâ-
on-
nus
em-
do-
nec-
num
etio-
astu-
rum
oria

historia conservatrix! ô amica memoriæ hostisque oblivionis! quid non modè præcepta sapientum, sed omnino virtus ipsa sine te esse potuisset? Tu prudentiam peperisti! tu imperitos homines rerum scientiâ instruxisti. Tu es custos illustri- Diod. Sic.
1. Bibl. um virorum virtutis, testis malorum sce- Heins. de
præst. &
dig. Hist. leris, beneficia in omne humanum ge- nus; Tu certissima divinæ benignitatis obses, ve- ritatis mater, vitæ norma, actionum propagatrix, prudentiæ, ut Græcorum quidam te celebrat, me- tropolis. Ite nunc Reges & Principes, ite, & lapidem aut saxum aliquod erigite, quod nominis vestri celebritatem ad po- steros transmittat. Historiæ verò Condi- tores, illos Musarum Flamines & Æterni- tates Sacerdotes, qui ætatem & laudes ve- stras cum ætate universi adæquant, susq; deoque habete. Non verò Tu ô noster Princeps, sed hos ut optimos Consiliarios in intimam familiaritatem admitte, in hi- storia autem sic versare, ut inde Tibi tuæ- que Reipublicæ, quod imitere capias, in- Liv. 18 de fœdum inceptu, fœdum exitu quod vi- tes. Est hic immensus atque incredibi- lis historiarum & civilis disciplinæ fru- ctus! quid cæterarum, quas nunc comme- morabo? quam insignis! & quarum u- namquamque Princeps ad suam utilita- tem

Joh. Ant.
Viperanus
de R^ec^og^e &
Regno c. 9.

Plutarch.
in Pericl.

Lib. 5. c. 1.
de Rep.

tem trahere potest. An de Scientiæ natu-
ralis præstantia multa h̄ic expromenda?
quæ in primis animi nostri mentem à va-
no metu, & rerum admiratione ad subli-
miora, atque adeò cœlesti illo animali, cui
Homini fecere nomen magis digna tra-
ducit. Sapienter hoc, ut omnia egregius
Virtutis Doctor in Pericle inculcat, quem
ait Præceptorem habuisse Anaxagoram, à
quo imbutus scientiâ rerum sublimium
& cœlestium, non solum alto fuit animo,
sed & ratione erecta, longè à plebeja & fu-
tili loquentia. Nec verò, inquit, hunc solum
fructum Pericli dedit Anaxagoræ consuetudo, sed
etiam omni eum superstitione liberavit, quæ ter-
rorem ex rebus aëreis aut æthereis imprimit igno-
rantibus earum causas, quem eximit naturalis di-
sciplina, & pro terrifica & urente superstitione,
tranquillam inserit cum bona spē religionem.
Neque etiam est hoc tacendum, quod ob-
scurari non debet: Principem utilissimâ
hac scientiâ instructum, terræ suæ génium
& in primis Populi, cui præst, in dolem
melius posse perspicere: ut hac cognita
regimen suum salutari quodam modo
subditorum naturæ accommodare sciat.
Quimadmodum enim in toto genere ani-
mantium, ut hoc mihi de suo largiatur
Bodinus, non modo innumerabiles sunt figuræ,
verum

verum etiam earum, quæ figuram eandem habent
maxima varietas est: sic hominum inter se admirabilis est, ac penè incredibilis dissimilitudo: variagj, pro locorum diversitate natura. Ille nimirum Spiritus, qui singulis regionibus est proprius, certis quibusdam affectibus hominum animos addicit: &, ut primum nascuntur, patriæ habitum ac cupiditates statim ingenerat. Hinc illa ab antiquo virtutia, & occultâ patriæ vi hærentia; ut hanc gentem naturalis quædam levitas notet: illa in Venerem pronior feratur; ista fitim tolerare nequeat, nonnulla temporarijs ingenij, alia alijs incumbat. Sed de dissimili hac Populorum natura accuratè egit Johan. Bodinus in egregio opere de Republica: omnium tamen accuratissimè Euphormio Lusininus, vel si verum amamus, Johan. Barclajus in admirabili libello, quem Icon Animorum inscripsit; de cuius præstantia ita judicare soleo, ut artifex ille Phidias in Minervæ clypeum, sic Barclajum nostrum, quicquid haberet artis, ingenij, judicij in unum hunc libellum contulisse.

Ibid.

Et quoniam Arithmeticæ quoque multum ad prudentiam & imperandi artem facit: certè mihi dubium non est; Principem nostrum non inanem fore neque

naturæ
da?
à va-
publi-
li, cui
a tra-
regius
quem
ram, à
nium
nimō,
& fu-
c solum
ido, sed
æ ter-
it igno-
alis di-
titione,
ionem.
od ob-
issimâ
enium
olem
gnita
modo
sciat.
e ani-
atur
figuræ,
verum

neque irritam locaturum operam, si artis
hujus cognitioni paulisper incumbat.
Verè enim hoc mihi dicturus videor, e-
um, qui numerare nescit, neq; prudentis,
neq; justi, neq; liberalis nomine dignan-
dum esse. Qui enim fieri possit? ut pru-
dentium numero accenseatur iste, qui
præsens argentum nullâ urgente necessi-
tate sine numero dilapidat; dilapidatum
verò frustrà requirit? Annon potius te-
merarius appellandus, qui thesauris fu-
renter consumptis, se & totum regnum
desperatâ salute in extremum rerum o-
mnium discrimen adducit? Quid? quod
neq; in bello exercitum recensere, & pro
militum numero aciem instruere; neque
in pace vectigalium rationem habere po-
test; si præsertim casu aliquo contingit,
ut quæstorum aliorumve suspectorum ar-
gentariorum ratiocinationes ei commit-
tantur. Neque Justi nomen tuetur, qui
pro virtutis magnitudine præmia æquali-
ter distribuere nescit. Æquitas enim in
præmijs ratâ portione & numero conti-
netur; ita ut sine Arithmetica juris con-
stantia conservari non possit. Iam verò
liberalitas hæc non erit nuncupanda, quæ
neque largientis facultates considerat,
neque accipientis dignitatem probè per-
spectam

speciem habet. Cujus enim facultates largitionibus, quas facit, non respondent, parum bonus Paterfamilias videtur: & dum indignum munatur, temerario domino hominis nequitiam confirmat.

Vehementer etiam pertinere ad Principem Geographiae cognitionem, quis ignorat? Sic enim & provincias suas & minutissima quæque regni membra, quæ scire ejus interest, exactè discet. Nam, ut illud omittam, quod Historiæ oculus appellatur, ad consilia quantum facere putabimus? Cum enim situs terrarum & magnitudines, tum angustiæ locorum & montes, nec non alia, quæ unumquodque regnum complectitur, cognita habebit: tum & castra ponet ac movebit aptius: & insidias cautiores necet, & iter melius diriget, hostemque feliciori dolo circumventum citius fugabit. Quod si mari fortunam suam periclitabitur, quidni proderit, portus atque aditus, flumina, maria, syrtes, promontoria, insulas, & innumeræ, quæ inexhausta Amphitritæ abys-sus comprehendit, probè nosse? Itaque credo, Cyrus ille potentissimus Persarum Imperator neque Oaxim fluvium transmisisset, neque ad certissimam necem cum suis properasset, si aliquantulum do-

D

Grinâ

Justin
lib. 14

artis
at.
r, e-
ntis,
nan-
pru-
, qui
cessi-
tum
s te-
s fu-
num
n o-
quod
t pro
eque
e po-
git,
n ar-
mit-
, qui
ualis-
n in-
onti-
con-
verò
, quæ
rat,
per-
ectam



Philosoph.

Christ. c. 21.

Meteran.

lib. 21. bell.

Belg.

Keckerm.

syst. Polit.

lib. 1. c. 2.

Et in hac instructus fuisset. Sed jungo
huic perpetuam comitem Geometriam,
cujus & in toga & in militia insignis &
propè incredibilis spectatur utilitas.
Frustra enim operam conterunt, & nihil
promovent, qui ignari artis hujus in ur-
bium, oppidorum, castellarum ædificati-
one sudant. Quid? quod & civium agros
justa dimensione aptissimè dispertit; quā
si sustuleris, non modò non suum cuique
tribues, sed etiam civium concordiam,
quæ est firmamentum & robur civitatum,
penitus tolles. Brevissimè cum eruditissi-
mo Casmanno dicam: *Quod sedemus, quod*
surginus, quod stamus, quod ambulamus, quod
progredimur, illud nos Geometriæ debemus. In-
belli verò tempestate, quì castra rectè lo-
cabis? quì opida, arces egregiè munies?
qui propugnacula aptè eriges? qui tor-
menta feliciter diriges & expedites? nisi
nobilissimæ hujus artis subsidio uteris. Et
quisquam porrò obstupescet ad fortissimi
Herois Mauritij Nassovij celeberrimas vi-
ctorias, ad tot urbes, opida, castella, ante
capta, quam obsideri crederentur? cum
soli propemodum Geometriæ (divinam
opem excipio) hæc ferè omnia accepta
referri debeant. Nec tamen errare mihi
videor, cum etiam astrorum doctrinam

non-



nonnulla ex parte Principi nostro cognitam esse volo. Cum enim cœlum conspicit; cum distinctas siderum vias, cum inenarrabilem rerum omnium constantiam ac stabilitatem contemplatur: fieri profectò non potest: quin & homo ad DEI conditoris amorem & revetentiam invitetur, & animus cœlesti luce illuſtrior factus, cœlestis quoque virtutis splendore clarissime colluceat. Eruditur præterea Princeps de varijs anni tempestatibus, quas præscire non est exigui momenti. Discit Solis & Lunæ cursum, occasus varios & ortus, & ad aggressiones terrâ aut mari omnino est hæc disciplina utilissima. Sulpitij Galli maximum in omni Valer. Max. genere literarum recipiendo studium plurimum Romanis profuit. Nam cum L. Pauli bellum adversum Regem Persen gerentis, legatus esset, ac serenâ nocte Luna subito defecisset: eoque veluti diro quodam monstro perterritus exercitus Romanus manus cum hoste conserendi fiduciam amisisset, de cœli ratione & siderum natura peritissimè disputando alacrem eum in aciem misit. Itaque illi inclytæ victoriæ Paulianæ artes, Galli aditum derunt: quia nisi ille metum suorum mi-

D 2 litum

jungo
riam,
gnis &
tilitas.
nihil
in ur-
ficiati-
agros
; quā
uique
iam,
atum,
litissi-
, quod
, quod
. In.
tè lo-
unies?
i tor-
? nisi
ris. Et
issimi
nas vi-
ante
cum
nam
epta
e mihi
nam
non-

litum vicisset, Imperator Romanus viii
cere hostes non potuisset.

Nullum nunc doctrinæ genus super-
est, quo indigere Princeps videtur præter
Poësin & Musicam: quas huc idcirco reje-
cimus, quod nonnemo eas à Principis in-
stitutione planè spernendas esse existima-
vit. Ajunt enim quidam, effeminari
Principis animum molliculis hisce studi-
is: & in primis Poëtarum lectione, qui
Fescennina verba & mera supra loquun-
tur, ad obscenissima quæq; prouum rapi.
Grave telum, & quod miserrimam Poësin
(de Musica videbimus postea) penè con-
ficeret, nisi declinare posset! Neq; enim
nos ipsi negamus animorum robur solvi;
cum quis furtivos tantum concubitus, &
defloratas virginies canit: vicissim tamen
& hoc contendimus; nihil esse incorru-
ptâ Poësi utilius, nihil in omnibus disci-
plinis, quod æquè ad vitam beatè transi-
gendam faciat, ac hæc ipsa. Peregrinan-
tem quippe veritatem, & nulli non ama-
ram, dulcissimis fabularum involucris e-
dulcat, & his quasi condimentis sacchara-
tam suavissimè in animum influere facit.
Nec ullam in tota antiquitate fabulam
invenies, quæ non singulare aliquid, &
quod hominum vitæ apprimè sit commo-
dum

dum inculcet. Aliæ sunt (Halicarnassæus lib. i. rer. ita tradit) quæ naturæ opera sub allegoriis continent: aliæ humanarum calamitatuum habent consolationem; aliæ terrores animorumq; perturbationes à nobis depellunt, opinioneq; parum honestas destruunt; aliæ alterius cuiuspiam utilitatis causa fuerunt inventæ. Atque ut in ijs Plutarch, dem pascuis, apis florem sequitur, capra fruticem, sus radicem: Sic in Poetarum scriptis alius aliud quærit & invenit; hic historiam, ille sermonis ornamenta; iste præcepta vivendi. Hæc enim variè suppeditat, dum ab initio statim

*Os tenerum Pueri balbumq; Poeta figurat: Horat.
Torquet ab obscenis jamnunc sermonibus au-*
rem:

*Mox etiam pectus præceptis format amicis
Asperitatis & invidiæ corrector & iræ.*

Rectè facta refert: orientia tempora notis

Instructit exemplis: inopem solatur & ægrum.

Jam verò Musicam qui culpat, quæ teste Dissert. 21,
Max. Tyrio omnium animi disciplinarum antiquissima est: non tantum honestæ hominum recreationi invidet; sed etiam superbissimo ausu ipsi DEO obloquitur. Sanctus enim hic terrarum & siderum auctor, omnia decenti harmoniâ & admirabili concordiâ condidit: & universa hæc mundi fabrica, si Pythagoræ ac Platonii ho-

us viii^o
super-
præter
cō reje-
pis in-
istima-
minari
e studi-
ne, qui
o quun-
m rapi.
Poësin
nè con-
; enim
r solvi;
itus, &
tamen
ncorru-
is disci-
transi-
grinan-
n ama-
ucris e-
cchara-
re facit.
bulam-
uid, &
ommo-
dum

minum Dæmonijs credimus, musicâ proportione consistit; atque etiam ex motu, & impulsu orbium imparium acuta cum gravibus temperante amabilis ille & suavissimus cœlorum concentus elicetur. Ij quoque, quos alienos à Sacris nostris superstitione gentilium imbuit, non induci potuere, ut alij, quam Deo, præstantissimæ rei inventionem ascriberent. Non nemo enim fuit, qui Musicæ originem à Jove Deorum Principe, alii, qui à Mercurio artium auctore deducerent: parumq; interest, ad quem horum referatur, quippe

D E U S e s t i n u t r o g j P a r e n t e .

Quod si quis auctoritatibus Musicæ dignitatem confirmandam putat: est nobis Auctor, quo nemo gravior esse debet, David vir secundum cor Domini: qui citharam suâ non tantum benignissimi DEI misericordiam & bonitatem celebravit: sed ipsum quoque Dæmonem, qui Saulum acerrimè torquebat cantu suavissimo abegit. Est etiam Eliseus magni Eliæ nondegener discipulus, qui, cum oraculum editurus esset, coram Iudææ & Samariæ Regibus, citharistam accersiri jussit, ut simul cum suavitate concentus dīvinum futuri spiritum hauriret. Cerebrum aliqui

Diod. Sic.

Ovid. I.

Met. Polyd.

Virg.

Reg. 16.

v. 23.

Reg. 3.

v. 15.

qui excutere posset stolidissimi Scytha-
rum Regis Antheæ effatum, quod in Mu-
sicæ vituperium evomuit, cum jurejurando
affirmaret, suaviorem sibi equi hinni-
tum videri, quam Ismeniæ tibicinis can-
tum. Adeò habebat ille aures à Musis abbarren-
tes, & animam in præsepiis, equis imo asinis au-
diendis aptiorem. In quo quidem declarabat, sibi
nihilo plus humanitatis esse, quam cuivis immani
quadrupedi. Rectius Homerus, eximius
ille & supra hominem vates:

At decet ad lautas Cantorem accersere mensas.
Et iterum:

*Cantorem accersunt qui carmine mulceat o-
mnes.*

Apud Virgilium quoque, quem non im-
meritò Poetarum Regem magnus Scali-
ger ubique vocat;

-- citharâ crinitus Iopas

Personat aurata, docuit quæ maximus Atlas.
Quid? quod summam eruditionem Græ-
ci sitam censebant in nervorum vocumq;
cantibus. Igitur & Epaminondas Prin-
ceps meo judicio Græciæ fidibus præclarè
cecinisse dicitur: Themistoclesq; aliquot,
ante annis, cum in epulis recusasset lyrā,
habitus est indoctior. Quod si Musicæ
præstantiam, neque vetustas tanta, neque
tot Heroum auctoritas commendaret:

D. 4.

Sola

Plutarch.
in Apop-

Steph. For-
cat. lib. 6,
de Gall.
Imp.
Osor. lib. 4,
de Reg. In-
stit.

Lib. 3. Poet.
cap. 16.

1. AEn.

Cicero t.
Tuscul, &c.
Alex. ab
Alexandr.
lib. 2. gen.
dier. c. 253.

*sola tamen delectatio, quæ ex ea petitur,
humanissima atque liberalissima esse de-
bet.* Est enim veluti lac quoddam & gra-
Salmuth in
not. ad
Panc. tom.
i. pag. m.
351.
tissimum sollicitudinis lenimentum: fes-
sa quoque corporis membra reficit: affli-
ctos solatur, spiritus turbatos colligit, &
non modò suavi modulatione aures de-
mulcet; verum etiam salutari medicina
mentes perturbationibus liberat. Addit
hic rem omnium maximam, quod

Ovidius. *Emollit mores, nec sinit esse feroci.*

& nervos animi ad virtutis concentum
tendit, & veluti ab affectibus, quos disso-
nantes audit, ad morum concinnitatem,
& harmoniam suavissimam flectit.

Docui nunc, & argumentis, ut opinor,
firmissimis ostendi, Principem, cui regni
salus proposita est; nullâ præstantissimâ
Philosophiæ parte sine gravi detimento
carere posse. Si quis verò delectationem,
quæ ex literarum studijs hauritur, scire
desiderat: ea mehercles tanta est, & tam
latè patet, ut etiam

si linguas decem habeam

Vix habeam, rem satis qui deliciem,

pro Archia. Illa enim adolescentiam alunt (Tullij sunt
verba) senectutem oblectant, secundas res
ornant, adversis perfugium ac solatum
præbent, delectant domi, non impediunt
foris,

foris, pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur. Quid etiam Principem innumeris imperij curis defatigatum magis oblectare potest? quam si in Bibliothecæ latebris paulisper delitescens, literarum amœnissimâ suavitate animum suum quasi pabulo quodam reficit. Quod si forte in Rhetorum campos exspaciatur, & in primis Tullii nostri; mirificè capiunt illa elegantissimi sermonis ornamenta, & lacteum eloquentiæ flumen. Neq; etiam clarissimi astrorum ignes magis nitent in serena nocte, quam in pulcherrimo hoc orationum campo tot micantes varièque scintillantes flosculi: ad quos omnes Alcinoi & Adonidis horti comparati nil nisi nugæ & inanes muscarum imagines videtur. Satiatus horum frutione ad Poetarum virera divertit: quæ tam admirabili voluptate animum afficiunt, ut neq; Ganimedis nectar, neq; decantatas toties Elysii delicias magnoperè affectare possit. Sive enim falsa probabiliter, sive obscura perspicue, sive utraq; ornatè exponenda veniunt: tantâ amœnitate ea omnia con diuntur, ut dulcissimum delicatæ ambrosiæ succum è purissimis Gratiarum labellis mantem gustare se credat. Elegansissimè itaq; incomparabilis Erasmus! Poet.

rica nihil est aliud, quam ex omnium disciplinarū
deliciis ac medullis condita placenta, atq; ex lectis-
simis quibusq; flosculis compositum mellificum.
Longus hīc laudū campus patet: in quem
excurrere liberrimo jure possem, nisi gau-
dium illud, quod ex suavissima causarum
& affectionum naturaliū consideratione
percipitur, nos ad se vocaret. Quid enim
dulcius esse potest generoso Principis ani-
mo? quam rimari placita sapientum, & a-
nimo in loca vulgo non adeūda secedere,
mentisq; acie viam sibi ad sublimia aperi-
re, penetrare cœlum, excutere siderum vi-
as, discere

Verg. I. Aen.

Vnde imber & ignes?

Quid liberalius? quam transiliendo mor-
talitatis terminos, universi mentem scruta-
tari, aperire abditos naturæ sinus, cognoscere

Idem.

Vnde hominum genus?

omnium rerum ortus, interitus, propri-
tates, vicissitudines indagare, rimari vel
occulta terræ, vel profunda Neptuni ady-
ta; vario deniq; cogitationum ludo sua-
vissimā libertate per supera per infera er-
rantium animum pascere. Socrates mor-
taliū sapientissimus tantum hac contem-
platione delectatus est, ut etiam à summo
lucis ortu ad alterum Solem inconnivus,
immobilis ore atq; oculis eodem in loco
starer.

staret. Oculos quoq; Democritus sibi eruit, ut tutius inventioni rerumq; naturallium considerationi sine impedimento vacare posset. Neq; tamen idcircò Principi nostro Auctor sum, ut

Has geminas faculas, mentem quæ lumine lento Bartas. 5.

Mollificant, gelidisq; crient sub cordibus ignes Hebd. I.

effodere sibi curerit; nisi honestissimâ voluptate, quam Geographia præbet, carere velit. Hic enim memorabilis amoenitas penè citius animum, quam oculos diffundit; cum inferiorem hanc machinam & quicquid in ea egregium Deus ostendit, uno aspectu contemplatur. Nunc planicies aliquor colliculis suspensa, nunc motes in orbem effusi oculos aliquantulum morantur; nunc torti fluminum cursus, hic intrantes, isthinc excuntes mare suavissimum spectaculum præbent. Quid plura consecter? hic demum uno ictu spectatur terra.

Mole manens defixa suâ, cui turribus altis Idem die 3.

Terga tremunt, nec pressa gravi sub mole fatiscunt

Fœcundos illusa sinus refluentibus undis,
Et fertu redimita caput, florumq; recenti
Semper honore comans, & versicoloribus herbis.
Non tamen diu capitur solius terræ adspicere, sed humum pertæsus

Aerios

Idem 5. die. *Aerias per & ipse gradus se subiicit audax
Ad supera, & magni convexa sonantia mundi,
Æthereæ tabulara domus, & singula lustrans,
Miratur vireo pendentia fornice recta
Ac diversarum momenta æterna viarum:
Cælivagasq; faces numeris & limite signans.
Annotat, & certis spatiis distinguit oras,
Et quasi sordescat, quicquid tegit impete curvo,
Machina tota poli, trans ultima mœnia saltu.
Evadit pernix, atq; hic flammata tuetur
Ora D.EI, & circum castas gestire cohortes.
Aligerum, totamq; leves fer vere per aulam.*

(Libuit enim iterum atque iterum cum
in notis ad Salustii Bartasii interprete Lermæo loqui,
Claud. quem, teste Nobilissimo Barthio, nemo
Phæn. sine stupore leget.) Venio nunc ad histo-
riarum lectionem, quæ profectò tot amœ-
nitates ministrat, ut si omnes hîc recense-
re velim, referam quoque necesse sit

*Quot segetes per rura natent, quot frondib; Ida.
Alta tremat, quot sylva feris, quot inæstuet æquor.
Quem enim non delectabit fide annaliū
relegere vestigia majorum, & spectare fa-
bulam, quæ in mundo semper eadem, mu-
tatis tantum personis, agitur? Ipse quoq;
fortunæ lusus incredibilem animo volu-
ptatem relinquit; cum veluti in monte
extra teli jactum constitutus quis, ancipi-
tes bellorum, præliorum & fœderum &
mille aliarum rerum eventus spectat.*

Chary-

Charybdis videt sed sine naufragio, Sire- Max. Tyrius
nas audit, sed sine vinculis, cum Cyclopē Diss. 12.
agit, sed miti & pacato. Si in historijs
Græcorum versatur, nunc Socrati adest
cicutæ haustu pereunti, nunc Platonij in
Academia, nunc Aristoteli in porticu do- mi. n. nibus
centi; cum Themistocle in mari, cum Leo- fid. dico
nide in terra pugnat: fugat Xerxes, adit Siciliam cum classe Attica, Athenas cum Lysandro capit. Si verò Romanam veterem Lipsius in
adit tot ingeniorum, artium, virtutum vel Admir. lib:
matrem vel sedem, jucunditas atq; etiam i. c. 1.
admiratio suavissimo quodā pruritu ob- ludit. Hic enim Romanos rerum Domi-
nos, quorum nomen Oriens & Occidens
reformidavit à lupa lactari, & ex vilissima
casu prodeuntes ad tam potentem magni-
ficentiam & magnificam potentiam ex- crevisse videt, ut etiam, velut elegantissi-
mus nequam Petronius canit:

*Orbem jam totum victor Romanus haberet,
Quā mare, quā tellus, quā sidus currit uitrumq.
Sed dum summum felicitatis apicem at-
tigisse opinatur: ecce, paulatim totus fe-
rē terrarum orbis repetitum spolia sua ac-
. currit, & urbs illa, quæ æterna audiebat,
quæ victura cum seculis, quæ Deorum o-
pus ac cura miserrimo casu de omni ma-
gnitudinis & opulentiae fastigio dejicitur.*

Quem

Quem quæso nostrum non adficiunt, dum
hæc omnia penè oculis suis usurpat? Al-
phonsus certè ac Ferdinandus Hispaniæ &
Siciliæ Reges, historiæ valetudinem, pa-
rum abest, quin vitam dixerim restitutam
Bodin. in debent. Cum enim utrumq; gravissimus
meth. hist. morbus invasisset, sanitati, quam nec Me-
dicorum Filij ullis medicamentis revoca-
re poterant, alterum T. Livius, alterum
Q. Curtius restituit. At quo tandem im-
petu, quo verborum torrente hæc oble-
ctamenta prodam? non tanti est Spiritus
noster, ut tot & tam delicatis gaudiis par-
esse possit. Abjungam potius in spatio,
licet metam nondum attigerim, & id imi-
tabor, quod Timantem pictorem ingenio-
sissimum fecisse legimus. Is enim, cum
Agamemnonis luctum ob perituram fi-
liam dignè satis sese ostensurum dif-
fideret: peplo caput ipsi obnubebat, &
velo tegebat, quod penicillo exprimere
non poterat: ita ego, cum magnitudinem
jucunditatis, quæ ex literarum studijs per-
cipitur non modò non dignè describere,
sed neadumbrare quidem possim, silentio
potius eam præteribo quam ut inconsul-
tâ laudandi temeritate deformatum
am,

Quid

Quid nunc moramini Viri Principes? cur non Duce DEO, Comite Minervâ, Filios vestros rem omnium, quas possidetis charissimâ artium honestissimarum doctrinâ erudiri curatis? cum non modò non aliena sit à muneris, quod olim sustinebunt, dignitate: sed idipsum maximis honestatis ornamentis afficere atq; decorare soleat. Deus enim est, à quo literarū origo profuit, à quo ad eas non docti sed facti, non instituti sed imbuti sumus: quæ mehercules etiam faciunt, ut Princeps officio suo rectè fungi possit. Ipse etiā Mars & Musæ sanitissimæ instigare vos debent: quas eodem contubernio feliciter jungi posse tot Imperatorum & literis & armis præstantium exemplis, haut dubiè evici. Quin imò magis contendum vobis est, ut filij vestri doctrinam sibi parent, cum pietatem & religionem instillet; cum ad virtutem rectâ ducat, cum prudentiam quoque, qua ut Sole orbis noster

careret

dem
Al-
x &
pa-
tam
mus
Me-
oca-
im-
ble-
ritus
par-
atio,
imi-
geni-
cum
n fi-
dif-
, &
ere
nem
per-
bere,
ntio
nsul-
um

Quid

GK Th 540

carere non possunt, unaquæque di-
sciplinarum ex parte sua conferat.
Negligere etiam non debitis ob in-
credibilem jucunditatem & gaudi-
um, quo demulcere cultores suos
Philosophia solet. O Principem
itaque beatum, qui illi se dederit!
impium si neglexerit! miserum si a-
miserit! Credite mihi aut nunquam,
aut tunc Respublicæ nostræ flore-
bunt, cum aut imperabunt Phi-
losophi, aut qui impera-
rabunt, philoso-
phabun-
tur.

F I N I S.



